

ribus. nativis et ministris domus dei. ut eis re-
 gibus. tribuuntur et annona nullatenus imponantur.
 Ordines vero ecclesiasticos. Silvester papa enu-
 merat dicens. Pontifici presbiter. presbitero dia-
 conus. diacono subdiaconus. subdiacono. acoli-
 tus. acolito. exorcista. exorciste lector. lectori
 ostiarius. ostiario abbas. abbati monachus. in oi-
 loco obsequiis representent. Beatus quoque ysi-
 ita dicit generaliter clerici nuncupantur omnes qui in
 ecclesia christo deserviunt quorum gradus et nomina
 sunt hec. ostiarius. psalmista. lector. exorcista et cetera.
 Mencones etiam facies post alia de cantore et hiis
 omnes gaudent privilegio clericali. Verumtamen
 quibusdam presbiteri heretici sacramentum ordinis ostendunt
 nantes falso mentiuntur quod ecclesia christi non habebat
 personas quas exorcistas. ceroferos. lectores
 vel subdiaconos appellaret. sed solum exorcistas
 demones qui aduersabant paulo. nec ea que christus
 fecit ut apostolus dixit. per tam vilibus significatio-
 nibus que infra sequuntur fecit dixit. sed alio-
 ra et preciosiora que romana nescit ecclesia dem-
 stravit. Quorum autem ordinum quidam sunt non sacri
 et quidam sacri. Non sacri seu minores ordines sunt
 hiis. Cantoratus. psalmistatus. ostiarius. lecto-
 ratus. exorcistatus. acolitatus. Sacri vero seu
 maiores sunt isti. subdiaconatus. diaconatus. pre-
 sbiteratus. episcopalis ordo. Communiter autem asserunt
 septem ordines fore. quorum ostiarius est primus. et
 sacerdos ultimus propter septiformem spiritus sancti gra-
 tiam. Cuius munere sua officia persequuntur. Si
 autem velis ad singulos ordines singula dona refer-
 re a timore incipiens illum ostiario deputabis.
 et ex multis singula singulis referes sapientiam presbitero
 ad aptabis. Quorum autem sunt septem mulieres in
 quibus spiritus sanctus habet hospitium et vnaqueque
 illarum suum patrem comitum. Rursus spiritualiter ostia-
 rius est quicumque spiritualiter alios in ecclesia iterum
 ducit qui fidem predicando docet. lector est qui libet
 mores docendo. exorcista orando. acolitus illumi-
 nando subdiaconus humilitatem monstrando. dia-
 conus alios exortando. sacerdos seipsum hostiam
 sanctam deo offerendo. episcopus sacramenta mini-
 strando. de quolibet tamen seriatim specialiter pro-
 sequamur.

De cantore.

Nonnulli ecclesie ignorantie ducti can-
 toratum de minoribus esse autem
 ordinibus. pro eo quod ut iam premissum est
 in quibusdam canonibus inter minores
 ordines fit mentio de cantore. falluntur tamen
 quoniam nomen est officii et non ordinis. qui autem in
 veteri testamento cantores dicti sunt. hodie lecto-
 res vel psalmiste vocantur. Cantor itaque vocatur
 qui voce modulatur in cantu. cuius duo sunt in arte
 musica genera. scilicet precensor. et succensor. precen-
 sor voce premitte in cantu. succensor canendo
 subsequenter respondet. Concenter vero dicitur
 qui consonat. Unde qui non consonat non concinit
 nec concenter erit. Sane david propheta eximius
 cultum dei volens sollemniter ampliare cantores
 instituit qui coram archa federis domini musicis in-

strumentis et modulatis velibus decantarent. in-
 ter quos precipui fuerunt heman. asaph. et ethan.
 hi omnium primus heman. cuius vice nunc in eccle-
 sia primicerius obtinet. vel precensor qui cantori-
 bus est prelatus. Unde legitur in paralipomenon.
 Isti sunt quos constituit david super cantores do-
 mus domini stantes iuxta ordinem suum in ministerio
 de filiis eaphat heman cantor filius iothel. et a dex-
 tris eius asaph filius barachie. ab sinistras autem
 ethan filius caui. Porro debent cantores osomnis
 verbis et suavi modulatione concinere. quatenus
 animos audientium ab deuotione dei valeant exci-
 tare. Verumtamen secundum gregorium plerumque in sacro
 ministerio dum blanda vox querit congrua vita
 negligit et cantor dei moribus stimulat cum vo-
 cibus populum delectat. Itaque in ecclesia roma-
 na altaris ministri cantare non debent. solumque
 euangelice lectionis officium intra missarum solle-
 nia exoluant. Et apostolus ait. Cantantes et psallen-
 tes in cordibus vestris domino. Et ibidem inquit
 audiant inquit adolescentuli. audiant hiis quibus est
 officium in ecclesia psallendi deo. non voce tantum
 sed corde esse cantandum. nec ita gebarum modum
 guttur et fauces medicamine liniende sunt. ut in
 ecclesia theatralis modum canica audiantur
 Cantans igitur in corde et in caritate cantet in
 choro. quoniam magis deuotione cordis quam iubi-
 latione vocis cantandum est non tenens in mani-
 bus cymbala vel aliquid huiusmodi prout in veteri testam-
 to fiebat. Sed propter carnales non propter spiri-
 tales cantandi usus in ecclesia institutus est. ut qui
 verbis non concipiunt. suauitate modulaminis
 moueantur. Unde augustinus in libro confessionum. consue-
 tudinem canendi probat ecclesia ut per oblectamen-
 ta aurium infirmior animus ad affectum pietatis
 affurgat. antiqui primum quo cantandum erat cibis
 alijs abstinebant. preterquam psallentibus legumi-
 nibus causa vocis. Unde et cantores vulgo faba-
 rij dicti sunt. Cantores autem qui sunt dei laudato-
 res representant predicatores alios ad dei laudem ex-
 citantes eorum namque symphonia pletem ammonet
 in unitate cultus vnus dei perseuerare. Per can-
 toris quoque officium paterfamilias intelligitur.
 qui de thesauro suo noua et vetera profert. Nec est
 pretereundum quod cantores tenent baculos in choro
 ad representandum illud quod in lege precipiebatur.
 ut vice edentes agnum baculos in manibus habe-
 rent. significantes quod qui ad patriam festinant. esu
 celestis agni et baculis. id est scripturarum senten-
 tijs indigent contra demones. per baculos enim can-
 torum sententias scripturarum vel doctrinas predi-
 catorum intelligimus. Unde cum legitur euangelium
 deponunt. quia per euangelicam predicacionem lega-
 les deponunt obseruancias. De choro dictum est
 in pre prima sub tractatu de ecclesia. De cantu
 vero in fine plerumque quante partem dicitur.

De psalmista.

Psalmistatus quoque tonsuratus vocatur
 sicut constitucio Innocencij. iij. eiusdem
 ter ostendit. quandoque etiam clericatus